



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 104. Sorbellonii Cardinalis fata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

septuaginta Interpretum Biblia correxit, additis etiam adnotationibus, quas ipsemet elaboravit: postea autem ex græco idiomate latine reddidit antiquorum Patrum catenam in Canticam veteris, quam novi Testamenti, necnon Theodreti commentarios in Psalmos, præter quosdam divi Gregorii Nazianzeni sermones. Denique Conciliorum elucubrationi manum admovebat: ast mors ei calamum excussit; hoc enim anno Redemptionis nostræ millesimo quingentesimo nonagesimo primo, ætatis vero suæ quinquagesimo tertio die duodecima Januarii obiit, sepultusque fuit in Ecclesia sancti Sylvestri, ubi ad ejus exequias peroravit Pater Franciscus Bencius Jesuita. Hunc etiam Cardinalem Hofius, & Baronius ambo Purpurati amplissimis celebrabant elogiis, imo eidem Baronius etiam quemdam suorum annalium ecclesiasticorum tomum nuncupabat: denique Carassa totam suppellectilem Maronitis, quorum Protector erat, testamento reliquerat, ac pro illis jam antea Ecclesiam construxerat.

§. CIV.

Sorbellonii Cardinalis fata.

Alter erat Joannes Antonius Sorbellonius patria Mediolanensis, ac Fi-

*Ciac. t. 3.
pag. 889.
Vitt. in add.
lius ibid.*

*Sæcul. XVI.
A. C. 1591.*

Sæcul. XVI. lius Petri Sorbellonii, & Elisabethæ
A.C. 1591. Raynoldæ, quorum uterque ex nobilissima Mediolanensium familia ortum ducebant: porro Joannes Antonius inter eorum liberos erat quarto-genitus, qui ob jurisprudentiæ scientiam, necnon in rebus gerendis dexteritatem Pio IV. Papæ apprime carus Fuligeratensis Episcopus primo, & postea inter Cardinales, quos idem Pontifex creaverat, primus anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo Cardinalis tit. sancti Georgii in Velabro renuntiabatur, unde semper, licet hunc titulum cum pluribus aliis commutasset, Cardinalis sancti Georgii nominatus est. Præerat etiam Gubernator pluribus ditionis ecclesiasticæ urbibus, simulque Perusiæ, & Umbriæ Legationem obibat, ubi rara æquitatis suæ specimina edidit, aliunde vero singulari in rebus dirigendis perspicacia præditus, hinc cum Pius IV., Pius V. Gregorius XIII., & Sixtus V. Pontifices regnarent, sacratissima quævis Curia Romanæ negotia pertractare jubebatur, cumque Pio IV. sanguine junctus, eique alias summo opere acceptus esset, pro Collegio Mediolanensium Doctorum ampla ab eo obtinuit privilegia. Demum sub Gregorii XIII. Pontificatu Albanensis, Prænestinus, & Tusculanus Antistes, necnon

Ughel in Ital. Sacra.

necnon sub Sixto V. Portuensis, atque Sæcul. XVI.
A.C. 1591.
Ostiensis Episcopus creatus die decima
octava Martii sacri Collegii Decanus
Romæ anno ætatis suæ septuagesimo
secundo fatis cessit, ac corpus ejus in
Ecclesia sanctæ Mariæ ad Thermas se-
pultum quiescit. Hic idem Cardinalis
Novarræ Seminarium erexit, ibidem-
que Synodum celebravit, cujus decreta
typis edita prostant.

§. CV.

Albani Cardinalis extrema.

Tertius ex Cardinalibus hoc anno mor- Ciac. t. 3.
pag. 1062.
Vitt. l. c.
Gabut in vit.
Pii V.
tuis erat Joannes Hieronymus Al-
banus natione Italus Bergomi anno
Christi millesimo quingentesimo quarto
natus ex Comite Francisco Albano, qui
Filium suum humaniorum literarum,
necnon sacrae, ac profanae jurispruden-
tiæ studiis solerter imbui curabat, unde
Joannes in his scientiis magnum quidem
fecerat progressum, semper tamen ma-
jorem ad arma propensionem præfese-
rebat, ubi etiam tam præclara fortitu-
dinis suæ specimina edebat, ut a Ve-
netorum Republica præceteris selectus
supremo exercitus imperio donaretur,
quo in munere victoriis clarus a Senatu
in præstiti obsequii præmium Bergomi
in patria sua supremum Magistratum
obtenuit, ibidemque connubio junctus
plures